Quelle: https://manuscripta.at/?ID=851
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



sperget. et ponet triticum pro modo meo et hordeum ordeum et milium et iuciam in finibus suis. Et erudiet illum dominus iudicio doceb illum. Non in serra triturabit gyth nec rota plaustri super cumin cumin. Sed in virga excutiet gyth et cumin tribulabit panis ad usum. Num panis triturandus triturabit illum non in perpetuum triturans triturabit illum non in perpetuum rota plaustri nec impingis suis conminuet eum. Et hic a domino domino exercituum exiuit ut mirabile faceret consilium et magnificaret iustitiam. XXVIII

Vae ariel ciuitas quam expugnauit dauid. Addite annum ad annum solemnitates euoluantur. Et circumallabo ariel et erit tristis et merens. Et erit mihi quasi ariel. Et circumdabo quasi sperans in circuitu tuo et iaciam contra te aggerem et munitiones ponam in obsidione tua. Humiliabis de terra loquens et de humo audietur eloquium tuum. Et erit quasi phytonis de terra uox tua et de humo musitabit eloquium tuum. Et erit sicut pulus tenuis multitudo uentilantium te et sicut fauilla pertransiens multitudo eorum qui oderunt te paruerunt. Et erit repentine confestim a domino exercituum uisitabitur in tonitruo et in motu terre et uoce magna turbinis et tempestatis et flamme ignis deuorantis. Et erit sicut somnium uisionis nocturne multitudo omnium gentium quae dimicauerunt contra ariel et omnes qui militauerunt et obsederunt et paruerunt adiutorium ei. Et sicut somniat esuriens et comedit et cum euigilauerit inanis est anima eius et sicut somniat sitiens et bibit et postquam euigilauerit ecce lassus adhuc sitit et anima eius uacua est. Sic erit multitudo omnium gentium quae dimicauerunt contra montem sion. Obstupescite et admirami. Fluctuate et caligate et ebriami et non a uino. Mouebimini et turbamini quo muscuit uobis dominus spiritum soporis. Claudet oculos uestros prophetas et principes uestros qui uidentes uisiones operiet. Et erit uobis uisio omnium sicut uerba libri signati quod cum dederint scienti litteras dicentes. Lege istum. Et respondebit. Non possum signatus est enim. Et dabitur libri nescienti litteras dicentur ei. Lege. Et respondebit. Nescio litteras. Et dixit dominus. Eo quod appropinquat populus iste ore suo et labiis suis glorificat me. Cor autem eius longe est a me. Et timuerit me mandato hominum et doctrina. Ecce ego addam ut admirationem faciam populo huic mirabile mirabile. Et stupendo. Peribit enim sapientia sapientium eius et intellectus prudentium eius abscondetur. Ve qui profundi estis corde ut a domino abscondatis consilium. Quis nouit nos. Peuersa est hec uestra cogitatio. Qui si putat lutum figulum cogitet. Et dicat opus factori suo non fecisti me. Et figmentum dicat factori suo non intelligis. Numquid adhuc in modico et libanus conuertetur in carmel. Et carmel in saltum reputabitur. In audient illa die surdi uerba libri et de tenebris et caligine oculi cecorum uidebunt. Et addent mites in domino letitiam et pauperes hominum in sancto israel exultabunt. Quia defecit qui prualebat. Consumatus est illusor et succisi sunt omnes qui iniquitatem stare faciebant. Homines in uerbo et arguentem in porta supplantabant et declinauerunt frustra iusto. Propter hoc hec dicit dominus ad domum iacob qui redemit abraham. Non modo confundetur iacob nec modo uultus eius erubescet. Sed cum uidit filios suos opera manuum mearum in medio sui sanctificantes nomen meum. Et sanctificabunt sanctum iacob. Et timebunt deum israel. Et scient errantes spiritum intellectum et murmuratores discent legem. XXX

Ve filii desertores dicit dominus ut faceretis consilium et non meum et ordiremini telam et non per spiritum meum ut addatis peccatum super peccatum qui ambulatis ut descendatis in egyptum et os meum non interrogastis. Sperantes auxilium in fortitudine pharaonis. Habentes fiduciam in umbra